



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis

In Quatuor Partes Distributæ

In qua de Incarnatione Verbi & Mysteriis vitæ Christi, nec non de
Sacramentis in genere & singulis in specie succinctè & dilucidè tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1675

Approbationes primæ Editionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72963](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72963)

Approbationes primæ Editionis.

QUA dilucidâ brevitate, styli suavitate, & solidâ materiæ abundantia *Summam Theologicam Scholasticam & Moralem* inchoavit V. A. P. F. GUILIELMUS HERINX S. Theologiæ Lector Jubilatus ac Provinciæ Germaniæ inferioris Custos Custodum, eâ & coronidem à veræ & incorruptæ Theologiæ amatoribus dudum expectatam in hac quarta Parte feliciter imposuit. Quare ad majorem, tum Studiosorum, tum Professorum utilitatem luce publicâ dignissimam censemus. Lovanii in Conventu nostro Fratrum Minorum die 28. Octobris 1660.

F. JOSEPHUS DUYSELIUS *Sacra Theol. Lector.*

F. PETRUS DE VIOESE *Sacra Theol. Lector.*

F. COSMAS MEERSMANS *Sacra Theol. Lector.*

HÆC Quarta Pars *Summæ Theologiæ Scholasticæ & Moralis* Reverendi Admodum & Eruditissimi Patris GUILIELMI HERINX Ordinis FF. Minorum Lectoris Jubilati & Provinciæ Germaniæ inferioris Custodis Custodum, sicut fideliter & Orthodoxè, sic breviter, terso stylo, paucisque multum ac multa complectente, proponit & explicat Humani generis *Delicias ac Divitias*, nempe JESUM CHRISTUM ejusque Sacrosancta *Sacramenta*: proinde poterit imprimi, Jurisq; publici fieri, ut hinc cuivis liceat *haurire aquas cum gaudio de fontibus Salvatoris*. Datum Lovanii hæc 7. Novemb. M. DC. LX.

ANTONIUS DAVE S. Theologiæ Doctor ac Professor Regius, & Primarius, nec non Librorum Censor Apostolicus & Archiepisc. Mechlin.

Bene elegit, qui ad conscribendam *Summam Theologicam* Reverendum Patrem Fratrem GUILIELMUM HERINX Ordinis Seraphici Fratrum Minorum S. Theologiæ Lectorem Jubilatum selegit, quique *Summæ* conscriptæ editionem præcepit, operam ac opus non scholæ tantum Seraphicæ, sed universæ etiam Ecclesiæ Catholicæ profuturum præcepit. Metum sentiet, quisquis à veritate non dissentiet: videbit certè, si non invidet, rejectis aut relectis inutilium speculationum tricis ac spinis, quæ magnò discentibus impedimento sunt, succinctè, clarè, nervosè ac pereruditè Orthodoxæ fidei mysteria ab Auctore explanari, dignamque Theologo doctrinam cum pietate tradi, appositè valde scholasticis ac moralibus inter se commixtis, idemque pro re nata fidei controversiis opportunè immixtis, solidèque discussis, adeoque ut post plurimas, easque exquisitas doctissimorum virorum lucubrations non actum egisse hic Auctor, sed plura adhuc agenda peregrisse judicandus sit. Ita ex animi sententia scripti 1. Decembris Anno 1660.

JUDOCUS HOUBRAKEN S. Theol. Licentiatus, Ecclesiæ Cathedralis Antverpiens. Canonicus & Episcopatus Sylvadic. vacantis Vicarius Generalis.

Privilegium Casareum super impressione librorum Auctorum Ordinis S. FRANCISCI Regularis & Strictioris Observantia.

PRIVILEGIO CASARÆ MAJESTATIS cautum est: Ne quis per Universum Imperium libros à Patribus Ordinis S. FRANCISCI Regularis & Strictioris Observantiæ editos aut edendos imprimat, recudat, aut alibi recufos, infra Sacri Imperii, Regnorumque ac dominiorum hæreditariorum DOMUS AUSTRIACÆ adducat, vendat, vel distrahatur absque consensu & facultate eorundem Patrum sub pena Confiscationis Librorum & multâ viginti marcharum auri puri. Ita Sancitum & Decretum in Civitate Ratisponensi pridie nonas Decembris Anno 1636.

F. ERDINANDUS

Infra.

Ad Mandatum S. Caf. M^{is}. proprium

JOANNES WALDERODE

Act. ac: P. H. A. STRALENDORFF.

Pri-